

220  
cogitandum mihi erit, multa ei longe pretiosiora  
filio meo adferenda intercidisse, vel ab aliis inter-  
cepta fuisse. Bene in Christo Beavdywowa Kaji dw-  
tup' ugnor quam dixissimē. Valeat R. T. D. una  
cum dulcissima conjugē, filiis, reverendis quoq. Colle-  
gis, quibus universis et singulis cum debita officiorum  
meorum qualiumcumq. Relatione plurimam salutem  
speribo. Habam in Gymnasio Antycano 21. Januarii  
inuentis anni a Christo nato 1613.

Celeberrimo Theologo D. Pareso Festus Hominius  
Pastor Ecclesie Leydensis S.

167.

Reverende et Clarissime Vir. Jam inde ab obitu so-  
ceni mei p. m. D. Joannis Kuehlini veteris amici tui  
sapiens statui eandem illam amicitiam tuam, quae mihi  
et honori et usui esse possit, ambire, omnibusq. officiis  
ab humanitate tua impetrare, ut ea quasi hereditatis  
jure in me transire possit. Sed haecenas obstat inna-  
tus pudor, qui animam suam indignitatis et tenuitatis  
conscium facile inhibuit, ut tam impudenter audax  
esse nunquam potuerim, donec singularis tua huma-  
nitas tantopere ab omnibus ac praesertim nuper à Cla-  
rissimo Viri D. Sculteto deprecata persuasit, ut  
huic pudori non amplius indulgendum judicaverim.  
Nactus itaq. occasionem tam opportunam, nolui  
committere, quin paucis reverendam humanitatem  
tuam quam officiosissime salutarem, eiq. omnia offer-  
vantia officia, quaecumq. à tenuitate nostra profi-  
cisci possunt, meritisimē deferrem, quam homini igno-  
ti nappudiar equiorem in partem ut accipias, etiam  
atq. etiam rogo. Exquisitissimis et sanctissimis laboribz  
suis ut benedictam aeterni nominis gloriam in Eccle-  
sia consequeris, ita eandem tibi ad immortalē gra-  
titudinem obstringis. Te solum hodie omnes Ecclesia  
Reformate. Doctrinae suae vindicem suspiciunt, quem  
etiam adversus omnia illa quarumcumq. haereticum  
monstra acerrimum Te praestas. Gaudemus nos pra-  
sertim Te quartum illum Bellarmini tomum, quem  
nunc vident Jesuita irrefutabilem se teneri jactasse,

aggressum esse. Hæc hydra tua clava erat contundenda.  
Nos reliqua avidissime expectamus, quia plerumque illa con-  
troversia Ecclesias nostras æque exerceat. Collegium tuum  
Anti-Bellarminianum, cuius primitiæ nobis salivam mo-  
verunt, utinam aliquando integrum habere liceat. Non  
dubitamus quin te labores obruant, et senectus hæc iis  
ferendis nunc non ita par esse possit, quare non desinens  
continuis precibus Deo contendere, ut vigorem et sta-  
tem in Ecclesia bonam quam diutissime conservet. Quæ  
nos habeant certamina tibi ignotum esse non potest.  
Videntur nunc non nihil interquiescere, et agitur de  
Ecclesiis nostris ad pacem reducendis, quæ an cum istis  
hominibus constitui possit, multi vehementer dubitant.  
Quotidie enim latentem Socinianismum, saltem inter-  
polatum magis magisque produunt. Post paucos dies  
super hæc re ex mandato Ordinum Colloquium Ter-  
norum Ministrorum ab utraque parte instituetur.  
Pacem suadent salus Ecclesie et hostium molitiones,  
in eamque omnes pronis inclinamus animis, sed ne sit  
illa veritati inimica impiorum est cavendum. Qui-  
quid in hoc negotio actum erit, non negligam ad te  
fideliter perscribere, si hanc compellationem tibi  
non ingratis esse cognovero. Vorstius in vicino oppido  
adhuc delitescit, et oppugnat ibi Preceptorem suum  
reverendum Senem D. Sycatorem. D. Sibrandus hæc  
nundinis ei reponet responsionem ad Catalogum suum.  
Plura vetat festinatio huius civis nostri veri pro adde.  
Deus V. M. Te vir longè prestantissime Ecclesiarum  
nostrarum columnam quam diutissime incolumem con-  
servet. Raptum Lugduni Batavorum. 28. Febr. 1673.